



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puerulus mortuus antequam natus, vita & baptismo donatur, implorata
Genitricis ope.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

ti currus, inuenit. In eo discrimine, B. Virginis memorem inuocat, vt & Pastor, & qui eum sequuti erant fecere, iam enim pro mortuo illum habebant. Sumptis tamen ligonibus terram effodere coeperunt, vt inde corpus extraherent: sed hominem sanum & incolumem gloriosae Virginis meritis deprehenderunt: qui mox ad B. Virginis aedem se contulit; ibique in agnitionem accepti beneficii sacrum fieri curauit.

PVERVLVS MORTVVS ANTE-
quam natus, vita & baptismo donatur,
implorata Genitricis ope.

CAPVT LII.

ANno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, decimo quinto Maij, vxor Nicolai Villici Huttenensis prope Binchium, infantem edidit mortuum, qui a die Sabathi vsque ad vesperam diei Lunae insequentis asseruatus est: tum mater, & quae illi aderant mulieres ad extremum desolatae, ex intimis praecordijs Dei matris opem inuocant, & continuo infans, & vita & baptismo donatus est.

HOMO QV IDAM A MIRABILI
casu mirabiliter praeseruat per inuoc-
ationem B. virginis.